Fragmentarium

similitudinis sapientiae & perfectus de-
core in deliciis paradisi dī fuisti.
Omnis lapis pretiosus operimentum tuum
Sardius & topazius & iaspis. Chriso
litus & onix & berillus. Saphirus &
carbunculus & smaragdus. Aurum
opus decoris tui & foramina tua
in die qua conditus es praeparata sunt
tu cherub extentus & protegens. Et
posui te in monte scō dī in medio la
pidum ignitorum ambulasti perfectus
in uiis tuis a die conditionis tuae. Do
nec inuenta est iniquitas in te. In mul
titudine negotiationis tuae reple
ta sunt interiora tua iniquitate
Et peccasti & eieci te de monte dī &
perdidi te, o cherub protegens de me
dio lapidum ignitorum. Et eleuatum
est cor tuum in decore tuo perdidisti
sapientiam tuam in decore tuo in terra
proieci te ante faciem regum dedi
te ut cernerent te. In multitudi
ne iniquitatum tuorum & iniquitate
negotiationis tuae. Polluisti scifi
cationem tuam producam ergo ignem
de medio tui qui comedat te. Et
dabo te in cinerem sup terram in con
spectu omnium uidentium te. Omnes
qui uiderint te in gentibus obstupescent
super te nihil factus es & non eris in perpetuum.
Et factus est sermo dnī ad me dicens.
fili hominis pone faciem tuam
contra sidonem & prophetabis de ea
& dices. haec dicit dns ds. Ecce ego ad te

sidon & glorificabor in medio
tui & scient quia ego dns cum fe
cero in ea iudicia & scificatus fu
ero in ea & inmittam ei pestilenti
am & sanguinem in plateis eius
Et corruent interfecti in medio
eius gladio per circuitum. Et scient
quia ego dns & non erit ultra do
mui isrt offendiculum amaritudi
nis & spina dolorem inferens un
dique per circuitum eorum qui aduer
santur eis. Et scient quia ego dns
ds. haec dicit dns ds quando congre
gauero domum isrt de populis in
quib; dispersi sunt. Scificabor in
eis coram gentib; habitabunt
in terra sua quam dedi seruo meo
iacob. & habitabunt in ea securi.
Et aedificabunt domos plantabunt
q; uineas & habitabunt
confidenter cum fecero iudicia
in omnib; qui aduersantur eis
per circuitum. Et scient quia ego
dns ds eorum. In anno decimo inde
cimo mense [undecimo mensis] factum est uerbum
dnī ad me dicens. fili hominis pone
faciem tuam contra pharaonem
regem aegypti. Et prophetabis de eo
& de aegypto uniuersa loquere &
dicens. haec dicit dns ds. Ecce ego
ad te farao rex aegypti. Dra
co magne qui cubas in medio
fluminum tuorum. Et dixisti meus
est fluuius. & ego feci memet

License: public_domain – München, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 29265(7, 10v – Old Testament
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-whvz/10120/73684)